

LIBER USUUM ORDINIS CISTERCIENSIS

Kaisheim oder Stams, Ende 13. Jh. Seite 57v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

ad altare ibi permaneat. decetero
se habens sicut illi qui sunt
in choro. usque ad finem orati
onis post completorium. Si
uero alicui de uia reuerso
benedictio datur. et ille qui
eiusmodi facit satisfactionem.
in partem prope gradum di
uertat. et data benedictione.
uidem solitam orationem
faciat. qualiter se fratres ha
beant post completorium.

Dicto completorio lxxx.
cum sacerdos dixerit be
nedictio dei omnipotentis.
signent se fratres. et dicto a
men. dicant orationem. pater
noster. et credo in deum. Quod si
reuerso de uia benedictio dan
da fuerit. et si conuentus su
per formas prostratus fu
erit. nequaquam surgat.
sed nec sacerdos qui benedic
tionem declerit. Si uero super
miam sederint erigant se. et
stent uersi ad altare. dum
dicitur benedictio. Qua da
ta. iterum residentes super
miam. solitam orationem
faciant. Ipse autem frater.
quo in loco benedictionem
accepit et orationem faciat
si tamen cum aliis in choro ad
completorium fuerit. Con
pleta autem oratione exeat
abbas et aspergat singulos
aqua benedicta. post se
ordinatim egredientes.
qui mox mittentes capucia
in capitibus. et nusquam di
uertentes preter sacristam
et eos qui extra dormitorium
iacent. et eos qui ad uigili
as remanent presentis de
functi. omnes ingrediantur
dormitorium. Unde nullus
excepta sacrista. cellerario
hospitali. custode infirmorum.
et ad faciendum mandatum
exeat. Sine cucullis uero.
tunica. caligis. iacere non de
bent. de uigiliis et usque post

Apascha uesperas. lxxxi.
usque ad octauas pen
tecostes priuatis die
bus cantatur uenite exulte
mus. ab uno fratre cum in
uitatorio. et ab octauis pen
tecostes usque ad kalen
das nouembris alternatim
ab utroque choro. sicut domi
ne quid multiplicati sunt